



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Solicitudines.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A mille Ignorum minis combustis educi possent: Cineres expendendos esse, respondit, reliquum in fumo abuisse, quod ea ratione supputatur, qua Archimedes detractum fraude aurum a Redemptore ex votiva Hieronis corona deprehendit, de qua late apud Vitruvium. Quod vero ait Hesiod. *οὐχ ἔταυ.*

*Αἴψα ἢ πρὸ δαίσιον ἰδὸν ὕπνῃ καπνὸν καταβέβαιο.*  
*Quamprimum fumo properes clavum imposuisse.*

praclari admodum interpretes, Posteaquam combusseris, exponunt: utpote qui nolit fratrem ulterius rei maritimae dare operam, sed solum exercere agricolationem.

SOLICITUDINES. CAP. XLIII.

Sunt tamen qui loco hoc Hesiodiano philosophari malint, & pro Fumo, vitae nostrae sollicitudines accipiant, quae intellectum ac rationem ipsam obtenebrant. Difficiliter enim posse nos pura sensum claritate, hoc est, tranquillitate frui, ubi illa ingruerint quae mentis oculos lancinent & excutire faciant.

ONA VOLUNTAS PER ERROREM OFFUSCATA. CAP. XLIV.

Sunt qui per fumum bonam proficiendi voluntatem, quae tamen sit erroris tenebris offuscata, interpretentur: cui si fomes adhibeatur, hoc est, si recta accedat institutio, statuque verborum adjuvetur, ignem promicaturum, hoc est rectorum operum effigiem apparituram. Hinc Esaias, lignum, a quo vel tenuis admodum fumus exhalet, minime extingui debere praecipit: ubi fumus, tantilla illius pietatis quae sit in delizioso divite signum esse videtur: quam sententiam acutissimus etiam Scotus claro fretus lumine cognovit.

IMPERITIA. CAP. XLV.

Sane fumus etiam imperitiae symbolum, cum lumen sit doctrinae signum, cujus contrarium est caligo ipsa: unde caligare errantes dicimus: fumus vero est, qui caliginem inducit. Transfertur *Vitia fumo* & ad vitia, ut Alexandrinus Clemens: *Vitia*, ait, *veluti fumum immensum esse*, qui universam mundi *quis immensus.* hujus domum repleverit, atque haec institutionem malam, sodalitates pessimas, consuetudinem improbam, colloquia prava, opiniones haudquaquam rectas invexisse: unde primum error, inde contemptus, tum infidelitas, atque militia, parataque semper ad nocendum versutia, avaritia, vana jactantia, atque alia hujusmodi exoriantur.